



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

4 Quo tempore hoc praeceptum dilectionis obliget.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

Et pro quo supponendum est nos posse Deum amare supernaturali amore, appreciatio, aut intensivo. Amore appreciatio amamus Deum; si cum omnibus aliis rebus praeferamus, & ita ex illius amore affecti sumus, ut velimus omnia perdere, potius quam ipsum. Intensivo autem amore super omnia amamus, si ferentiori, intensiori actu, quam omnia alia diligamus. Contingere autem potest, & saepe ita contingit, ut rem aliquam ames praeter omnibus appreciatio amore, non tamen intensivo, & contra, ut eam ames intensivo, & non appreciatio, ut bene dicit Valent. disp. 3. qu. 4. punct. 1. vers. sed ut praeferat. Praeceptum ergo de diligendo Deum super omnia de amore appreciatio, & non de amore intensivo intelligitur. Nam de illo amore intelligitur praecipuum, quod de se efficax est ad omnia praecipua servanda: sed hic est amor appreciatio; quia habens illum, praefert Deum omnibus aliis rebus. Ergo de illo amore praecipuum intelligitur. Adde, de intensivo amoris praecipuum non datur, tum quia non datur de amore ita intensivo, quin illa ratione intensivo esse possit; aliis omnes hoc praecipuum exequentes amarent Deum ita intensivo, ac Christus amavit. Neque datur de amore ita intensivo, qui explet totam efficaciam auxilii, aliis habens auxilium ad amandum Deum amore intensivo ut oculo, si illum amaret, ut quatuor, non diceretur praecipuum charitatis satisfacere. Neque etiam datur de amore, qui in intensivo praecedat omnes alios creatos amoris aliam dolens filius qui de patris morte, & condemnatione doleret: quod intensivo ac de suis peccatis, non amaret Deum super omnia. Adde peccatum, si de facto intensivo patrem aut matrem amaret plusquam Deum iuxta illud Matth. 10. Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus. Quae omnia sunt absurda. Ergo manifestum est non de intensivo, sed de estimatione praecipuum dilectionis esse intelligendum: & ita ut relatis docet Sanchez lib. 2. in Decalog. c. 35. num. 2. Bonac. disp. 3. q. 4. de charit. punct. 1. Valquez 1. 2. disp. 164. c. 3. Coninch. disp. 2. dub. 1. num. 14. & segg. Suarez. disp. 5. de charitate sect. 2. & alij apud ipsos. Quocirca argumento respondemus praecipuum quidem hominibus amare Deum super omnia ex toto corde, & ex tota anima secundum estimationem, non secundum intensivum; cum Bernard. & August. dixit hoc praecipuum non impleri in hac vita, sed in futura, intelligendi sunt non de materia praecipui, sed de fine ipsius praecipui. Materia, inquam huius praecipui est amor Dei appreciatio; & hic in hac vita impletur. Finis vero illius praecipui est Deo pro viribus incontinenter adherere, qui finis solum in caelo a Sanctis obtinetur, sic explicat August. & Bernard. Valent. 2. 2. disp. 3. q. 19. punct. 1. vers. itaque cum August. Coninch. disp. 24. de charit. dub. 2. n. 35. in fine.

6. Adversus hoc praecipuum affirmat Sanchez lib. 2. c. 35. in fine. cum Nauarr. summ. cap. 11. num. 20. Ledelm. in summ. summam. ubi de confess. post. dub. 12. in interrogat. circa primum praecipuum. Man. 1. tom. sum. c. 11. sine Bonacina disp. 3. quae. 4. de charitate. punct. 1. sine peccare mortaliter eum, qui deliberat vel in hac vita perpetuo manere, quia praefert Deo, eiusque visioni & fruitioni delectationis huius seculi. At desiderare longam vitam affirmat vacare culpa. Sed hoc dictum non videtur per se approbo, si enim ex eo quod velis in hac vita perpetuo durare, inferatur te delectationis humanae diuinae fruitioni praefert, etiam cum longam vitam desideras, praefers pro illo tempore delectationis humanae diuinae fruitioni. Ergo hoc etiam sufficit ut pecces, quia summa peruersitas est pro vno, & minimo instanti diuinam fruitionem humanae voluptati postponere. Quapropter cum vitam sine termino desideres, solum videris desiderare hac vita non priuari. Hoc autem per se malum non est, sed potius bonum. Ergo, Adde te necitare, an post hanc vitam saluandus sis, an condemnandus. Ergo cum desideras in hac vita perpetuo manere, potes illud desiderare, ut periculum condemnationis fugias: sed hoc periculum fugere non est malum. Ergo non est peccatum mortale tale desiderium absolutum. Ergo solum esse potest, cum de facto praeripionem vitam huius seculi bonis, quae tibi Deus in aeternum praeparavit, quod raro, vel nunquam nisi sceleratissimo accidit.

PUNCTUM III.

An hoc praecipuum dilectionis sit praecipuum de dilectione naturali, vel supernaturali.

- 1. Quid sentias Valentia.
- 2. Neque est praecipuum directum de dilectione naturali, neque de supernaturali determinatum.
- 3. Satis est eadem oblationi.

R. Respondet Valent. 2. 2. disp. 3. quae. 19. punct. 1. vers. dico secundum Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 31. n. 4. per se obligare ad amorem supernaturalem in aliquibus casibus amore naturali esse contentum. Priorem partem probant, quia dilectio Dei debet esse sine non facta, ad Timoth. 1. hoc est, procedens ex cognitione supernaturali fidei, & circa obiectum supernaturale. Ergo debet esse supernaturalis. Item haec dilectio est necessaria ad salutem, sed quidquid ad salutem necessarium est, supernaturale est.

Ergo posteriorem partem probant, quia saepe dilectio expositulatur solum ad impediendam Dei offensam, tuendumque diuini honorem: sed ad hunc effectum sufficit naturalis dilectio. Ergo non praecipitur supernaturalis.

2. Caeterum dicendum est de directe non obligari ad amorem supernaturalem, neque ad amorem naturalem, sed solum ut ames Deum super omnia ob eius infinitam bonitatem, quantum cum Dei gratia possis. Ex hac obligationis satisfactione oritur, ut illum ames supernaturali amore, si habitum supernaturalem habeas, vel auxilium Dei extrinseco supernaturali praeveniens: si autem illis careas, amabis Deum naturali amore. Et ratio est manifestata, quia in tua potestate situm non est Deum amore supernaturali, potius quam naturali prosequi, quia cum hac differentia non tam ex obiecto formali, quam ex principio influente in actum procedat, & haec principia non cognoscas neque tua voluntati in operatione subdantur, ut possis uti pro libito principio naturali, supernaturali excluso. Efficitur sane supernaturalem amorem directe praecipui non posse, sed solum indirecte, quatenus praecipitur tibi, ut ames Deum, quantum cum gratia possis, aliam cognosceres te esse in gratia, sicuti cognoscis praecipuum amandi Deum te satisfecisse.

3. Neque obstat praecipuum dilectionem, quae ex fide supernaturali oritur, quaeque ad salutem necessaria sit, quia non praecipitur directe, sed indirecte. Non enim praecipui tibi potest directe praefari, quod nullo modo cognoscis. At non cognoscis te supernaturali cognitione insigniri. Ergo non potest tibi directe praecipui amor ex supernaturali cognitione procedens sic doceri, & bene probat Agidius de Coninch. disp. 24. de charitate, dub. 2. n. 23.

PUNCTUM IV.

Quo tempore hoc praecipuum dilectionis obliget.

- 1. Qui autem obligare in primo instanti usus rationis.
- 2. Non admittitur hac obligatio.
- 3. Fit satis rationibus n. 1. adductis.
- 4. Repellitur solum pro fine vitae obligare hoc praecipuum.
- 5. Neque approbatur semel tantum in vita hoc praecipuum obligare.
- 6. Quolibet die festivo non obligat hoc praecipuum.
- 7. Neque etiam obligat, cum Baptismus suscipiendus est.
- 8. Neque item cum Eucharistia suscipitur.
- 9. Expenduntur aliquot casus, in quibus hac obligatio a Doctoribus agnoscitur, sed non approbatur.
- 10. Licet ne ultra tres annos differri.
- 11. Raro fidelis hoc praecipuum violat.

1. Loquimur de praecipuum dilectionis affirmatio (quia negativum semper obligat.) De hoc ergo praecipuum varie Doctores sentiunt. Primum tempus, quo assignari solet, est cum primum rationis usum assequeris. sic Bannes 2. 2. quae. 44. art. 1. dub. 1. ad 3. Nauarr. summ. c. 11. n. 8. Tolet. lib. 4. summ. c. 9. n. 9. & communiter omnes expositores, D. Thom. 1. 2. quae. 89. artic. 6. Vbi sanctus Doctor asserit illo tempore quemlibet obligatum esse te ad Deum conuertere, & omnia sua in eum tanquam in vltimum finem dirigere, quia consentaneum est creaturae rationali, ut suum creatorem recognoscat, & amet. Mouentur autem ad hanc obligationem statuen jam, tum ob rationem dictam, tum ob inconueniens, quod videtur sequi, si pro illo tempore hac obligatio negetur. Contingere enim potest, ut existens in originali, & ad rationis usum accedens, peccet venialiter, proferendo scilicet aliquod otiosum verbum, aut officiosum mendacium, & cum tali peccato originali, & veniali e vita discedat. Hoc autem est inconueniens, quia tali peccatori non est locus assignatus, siquidem neque est infernus; illuc enim soli decedentes in mortali audent. Neque limbus; quia ibi non est poena sensus, quia indiget veniale; neque est Purgatorium, ubi solum amici Dei purgantur. Ergo non est concedendus huiusmodi casus. Deinde, quia Innocentius III. in cap. maiores, de Baptismo. §. sed ad hoc, declarat dormienti adulto non remitti peccatum originale, quia hoc sine actuali mortali remitti non potest, ad cuius remissionem dormiens non se disposuit. Sane ergo in adultis originale esse non posse sine actuali mortali.

2. Caeterum haec argumenta non conuincunt, ut hanc obligationem ita grauem pro illo instanti asseramus. Nam licet conueniens sit, ut quilibet se, suaque omnia in Deum dirigat, cum primum rationis usum assequitur. At hoc ex obligatione fieri nec suauitati legis diuinae, nec imbecillitati humanae consonum esse potest, imò potius videtur impossibile; nisi aliquo superiore, & extraordinario lumine illustreretur. Quod sic probat. Nam ad executionem huius praecipui requiritur illius perfecta cognitio; ac ante usum rationis nequeunt pueri perfecte cognoscere, quomodo sit Deus super omnia diligendus, accedente vero usu rationis, si tunc ligantur praecipuum, ligantur sine illius cognitione. Itē nullus est qui cognoscat primum instans suae rationis principium. Quomodo ergo ligati praecipuum pro illo tempore potest? Haec quidem ratio conuincit (meo iudicio) si sumatur instans rationis Physicus.

DEI
S. T. R. O.
A. L. A. Y.
T. O. N. I.
S. T. I.

Physicum: si moraliter sumatur pro aliquibus horis, vel diebus, et si non ita coniungat, suo etiam modo efficaciam habet. Nam breui illo tempore vix possunt peccati instrui perfecti, in iis que necessaria sunt ad illius executionem. Deinde raro, vel nunquam instruuntur, quod est signum sufficiens non adesse pro illo tempore talem in quocumque obligationem, sic docent alios referentes Azor. 1. part. lib. 4. cap. 10. quest. 6. et lib. 9. c. 4. quest. 1. Valent. 2. 2. disp. 9. quest. 19. punct. 3. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 35. num. 7. Coninch. disp. 2. dub. 3. num. 48. Suarez 4. tom. de penit. disp. 11. sect. 1. n. 14. et 15. et de charit. disp. 1. sect. 3. n. 21.

3 Ad rationem aduerfam respondemus admitendo dari posse in homine existente in originali peccato veniale, priusquam mortale, quod necessario asserendum est, etiam si concedamus pro illo principio vsus rationis dari preceptum affirmatiuum dilectionis, siquidem ex defectu plene deliberationis potest illud preceptum omitti, cuius omisso, vt bene dicit Sanchez supra, solum venialis erit. Item poterit hanc obligationem precepti inter barbaros inuincibiliter ignorari: stante autem tali ignorantia inuincibili nullum in eius omissione committitur peccatum. Ergo poterit tunc venialiter peccare, peccato mortali non commisso, atque ad eum originali, & veniali solum decedere. Ergo tam in sententia contraria, quam in nostra assignandus est locus, quod debeat decedens in originali, & veniali macula adire. Dupliciter ergo argumentum respondemus. Primum ad diuinam prouidentiam pertinere, ne permittat aliquem solo veniali, & originali maculatum in vita decedere, sic Sanchez cum alii dicto n. 7. At hoc gratis videtur excogitatum ad enodandam difficultatem. Quare secundo, & probabilius respondeo admitendo casum, posse inquam, aliquem cum originali peccato, & veniali tantum mortali, ipsamque ad limbum peccatorum accessurum, ibique aliqua perpetua, & temporalis pena confusionis orta ex displicentia sui ob illam maculam esse puniendum, sic Suarez tom. 4. de penitent. disp. 11. numer. 18. Coninch. disp. 24. de charitate, dub. 8. n. 40. et 41.

4 Secundum tempus huius obligationis assignant aliqui solum pro fine vite, sic Valquez tom. de penitent. quest. 86. artic. 2. dub. 6. num. 11. & hoc speculatiue loquendo iudicat verius Ioann. Sanchez in select. disp. 2. num. 21. S. neque frangitur, sed immerito in illud solum tempus obligationem reiciunt, cum hoc preceptum imponatur ad rectam vite instructionem, dirigendasque nostras actiones in suum debitum finem, gratiam & amicitiam cum Deo conseruandam, que omnia potius in principio, quam in fine vite locum habent, sic Thomas Sanchez lib. 2. cap. 35. num. 8. Suarez de charit. disp. 5. sect. 3. num. 1. Valent. 2. 2. disp. 3. quest. 19. punct. 1. vers. septimus casus.

5 Tertium tempus huius obligationis, alij, quos tacito nomine refert Sotus lib. 1. de natura. et gratia c. 2. vers. dicimus ergo, assignant indeterminatum, & vnicum tantum, ita vt qui semel in vita huic precepto satisfecit non reueatur amplius illo, consentit Ioan. Sanchez dicta disp. 1. num. 21. quia cum nullum tempus signet Deus, quo debeat diligi, sed liberum homini relinquit, vt tempore a se electo obligationem exequatur, efficitur mortis tempore obligatum esse, si antea obligationem non impleuit, quia ultra illud tempus non restat aliud eligendum. At hoc dictum communiter a Doctoribus reprobat, vt testantur Sanchez, Valent. Saa, Coninch. & alij, tum quia permittit in finem vite hanc obligationem reici, neque arctat ibi exercendum esse, si antea de curu temporis illi aliquando satisfecit. Item derogat maxime amicitie diuine, vt semel tantum in vita ad sui exercitium obliget, si enim alia precepta non vnicu actu contenta sunt, sed plures expostulant, cur hoc preceptum omnium dignissimum vnicu actu contentum erit.

6 Quarto alij per contrarium extremum affirmant tempus huius obligationis esse quemlibet diem festiuum, ita Sotus in 3. disp. 27. quest. unica ad 3. S. quantum ad secundam. Tabien. verbo charitas quest. 10. Angel. verbo feris, num. 41. Gabr. in 3. dist. 37. quest. unic. art. 3. Almat. quest. unica. Fundamentum, quia Deus non tam honorandus est externo cultu, quam interno, corpore, quam mente. Sed precipuus cultus internus, qui Deo exhiberi potest, est dilectio super omnia. Ergo hanc esse illo tempore precepta. Sed hanc obligationem communiter Doctores reiciunt, quia non quemlibet honoratio interna, que diebus festis fieri potest preceptum, sed solum que necessaria est, vt ab opere seruilis abstinere, & Missa sacrificio interis, quia solum hanc precepta sunt tam diuino precepto sanctificandi festa, quam Ecclesiastico. Sed hanc prelati possunt, vt de se constat, sine actu dilectionis, & ab homine in mortali existente. Ergo adde nullum esse, qui de hac omissione facti die festo se acculer. Ergo credibile non est hanc esse obligationem; alias parochi tenerent suos fideles de illa monere, & ad illius impletionem excitare, quod videmus non fieri, sic docent cum D. Thom. Couarr. Nauarr. Soto, & aliis, Sanchez lib. 2. cap. 35. num. 8. Suarez disp. 5. sect. 3. numer. 1. Coninch. disp. 24. dub. 3. numer. 43. Bonacina disp. 3. quest. 4. de charit. punct. 2.

7 Quinto alij dicunt adultos recipientes Baptismum obligatos esse hoc precepto, quia suscipiens Baptismum se seruum Christi proficitur, in cuiusque obsequio promittit toto vite tempore perseruaturum; decet ergo, vt hoc propositum firmet diuino

amore. Item cum quis se militie adscribit, debet se suaque omnia in Principem referre. Ergo miles Christianus, qui in Baptismo suum nomen Christo concedit, omnia in illius obsequium referre tenetur, sic Sotus lib. 1. de natura, et gratia, cap. 22. vers. dicimus ergo, casu 1. et lib. 2. de iust. quest. 3. art. 10. vers. responsio harum. Valent. disp. 3. quest. 19. punct. 1. vers. secundus casus. Sed neque hanc obligatio a Doctoribus admittitur, quia ad dignum suscipiendum Baptismum, sufficit attritio concepta ex metu pœnæ, que amorem Dei super omnia non includit. At respondet Valent. supra, solum probare amorem Dei super omnia non requirit tantam dispositionem ad dignum sacramentum suscipiendum, bene tamen necessarium esse, vt quis rite, & firmiter se proficitur Dei seruum in Ecclesia Christi, cui se aggregat. Ceterum neque ad hunc effectum censo amorem Dei necessarium esse, et si conuenientissimus: nam ipsius Baptismi susceptione cum attritione debita satis se seruum Christi proficitur, & firmum animum habet nunquam ab illius obsequio recedendi, & neque opus est militi Christiano omnia in Deum expresse referre, sufficit si virtualiter referat, per propositum, quod habet eius voluntati perpetuo obsequaturum, sic alij relatis, docent Sanchez lib. 2. cap. 35. num. 9. vers. secundus casus. Suarez disp. 5. de charitate, sect. 3. num. 2. Coninch. disp. 24. dub. 3. n. 44.

8 Sexto defendunt alij, quos Eucharistia sumenda est, obligare hoc preceptum, vt sic cum Deo intime vniamur, sic Bannes 2. 2. quest. 44. art. 1. dub. 1. ad tertium. Sed est obligatio sine fundamento, quia ex Paulo Iuncto Tridenti solum habetur debere se hominem probare ad Eucharistiam media confessione, si conscientiam habet peccati mortalis; neque vllibi affirmatum est per dilectionem aduentum esse probandum peccato mortali contentem, & ita hanc obligationem reprobat ex communi sententia Sanchez supra n. 8. Azor. tom. 1. lib. 9. cap. 4. quest. 1.

9 Septimo alij dicunt obligare hoc preceptum. Primum, cum martyrium subeundum, vel aliud egregium, difficile opus aggrediendum, quia expedit tunc firmare animum Dei obsequio, sic relato Soto docet Valent. 2. 2. disp. 3. quest. 19. punct. 1. vers. quinta casus. Sed esse conuenientiam agnoscam, obligationem improbo, quia nullo fundamento nititur, oratione enim, alique virtutum actibus te mutare potes, sic Suarez disp. 5. de charitate, sect. 3. num. 2. Coninch. disp. 24. dub. 3. n. 45.

Secundo, si beneficium magnum a Deo acciperis, quia expedit redamare, qui te ita amauit, sic Sotus lib. 2. quest. 3. art. 10. vers. responsio horum. Valent. punct. 1. casu 4. Tolet. lib. 4. cap. 9. num. 10. subdit Valent. Si beneficium est naturale ad amorem naturalem obligare, si supernaturale, ad supernaturalem. Sed merito hunc casum Sanchez dict. cap. 35. num. 9. Suarez, & Coninch. supra, reiciunt, vt ipse firmo fundamento carentem, quia ex beneficii receptione solum iure naturæ ad gratias referendas obligari potes, & hoc non immediat post acceptum beneficium, potest enim abique mortali aliquandiu differri.

Tertio dicunt obligare hoc preceptum, quoties adis blasphemantes, & Deo grauem iniuriam inferentes, vt media tua dilectione iniuriam factam quasi repares, sic Sotus dicto art. 10. Nauarr. cap. 11. num. 10. Valent. dicto punct. 1. casu 6. Sed immerito hoc obligatio charitati imponitur, cum si aliqua est, religioni adscribenda sit, qui incumbit diuino honorem defendere, & illi aduersum impedire quoad possit. Quocirca vt hac obligatio etiam religione sit, debet honor diuinus periclitari, nisi tu eius partes assumas, sic Sanchez lib. 2. cap. 35. num. 9. vers. sextum tempus. Coninch. disp. 14. dub. 3. n. 4.

Quarto obligare hoc preceptum asserunt, cum graues insurgunt tentationes, specialiter oij Dei, & illis est periculum contemendi: sic Sanchez 2. 2. fine. Bonacina disp. 3. quest. 4. de charitate, punct. 2. n. 2. At credo hoc verum non esse regulariter, quia aliis viis superari tentatio potest, consideratione scilicet glorie promissa vincendi, & pœnaru inferni succumbendi, quare nisi dilectio Dei medium esset necessarium (quod raro, vel nunquam praesum potest) illius obligatio ob tentationes vincendas affirmari non debet, sic Coninch. disp. 24. dub. 3. n. 45. et 59. Suarez. disp. 5. de charitate, sect. 3. n. 3. vers. alij addunt.

Quinto asserunt alij, instante periculo mortis, etiam si peccati mortalis confectus non sis, imò etiam si illius conscientia sacramentaliter confitearis, te obligatum esse Deum super omnia diligere, sic Valent. disp. 3. quest. 19. punct. 1. casu 7. Suarez disp. 5. de charitate, sect. 3. num. 3. Coninch. disp. 24. dub. 3. num. 51. Mouentur, quia licet certum sit attritionem cum sacramento conferre gratiam tibi non constat talem attritionem habere, eniti debes ad contritionem, vt sic saltem attritione habeas: agitur enim tunc de salutem salutem, quam oportet omnibus modis securam reddere. Secundo si in illo periculo, & necessitate omittis contritionem, contentum attritionis dignus videris, vt nec attritione habeas. Tertio tunc demon grauissimas tentationes immitit, sciens modicum tempus habere: debes ergo animum in diuino obsequio firmare meliori modo, quo possis. Adde te velle cum Deo perpetuum amicitiam habere. Expedit ergo vt in fine vite illam habeas post vitam continuandam. Fateor hanc obligationem esse satis probabilem, & in praxi semper consulendam. At non est omnino certa, si peccati mortalis conscientia non es, nam illam reiciunt. Azor. tom. 1. lib. 9. cap. 4. quest. 1. Sanchez lib. 2. cap. 35. num. 9. vers. octauum tempus.

10. & probari potest infirmo rationes contrarias. Nam si ob incertitudinem attritionis, & gratia obtenta, debet contritionem, & amorem Dei super omnia procurare, cum de illo amore nunquam certus sis, non solum semel, sed iterum obligatus eris contritionem elicere. Nam cum de salute in aeternum pendenda agatur, omnibus modis tibi possibilibus securam reddenda est. Item nullius peccati mortalis conscientia obligatus es non solum dilectionem habere, sed & sacramentum Penitentiae recipere, ut illa via securam redderes salutem, quae forte sacramentum non recepto periclitaretur, quae concedenda non sunt. Deinde ad tentationes vincendas dilectio Dei super omnia necessaria non est, ve ipsamet Coniunctio, fatetur, cum possis recordatione diuini iudicij, & spe salutis aeternae te munire. Quod autem conueniat ea firmare animum, ut sic omnibus modis securus sis, non probat te obligatum esse, alias probaret te obligatum esse actus omnium virtutum exercere, praecipue illarum, aduersus quas tentationes insurgunt, frigidem hoc exercitio securior eris. Ergo omnem securitatem possibilem in illo casu non uideris teneri praestare, sufficit si praestet, quae moralem securitatem constituunt, cum autem sacramenti Penitentiae receptio cum attritione supernaturali hanc faciat securitatem, non uideris ad dilectionem Dei obligatus conari.

11. Quapropter ut certum tempus huius obligationis signemus, distinguo duplicem obligationem, aliam, quae per se, & ex vi charitatis oritur, aliam, quae per accidens ratione alterius adiuncti, cui charitatis dilectio necessaria est. Quando enim dilectio non est per se, sed aliunde necessaria, illam omittas, non aduersus charitatem, sed aduersus aliquam virtutem peccas Exemplo declaro. Exitus in mortali, vis ministrare, aut recipere aliquod sacramentum, tenetis peccatum expellere ex anima, ut digni ministres, quod nisi media attritione cum sacramento penitentiae, vel contritione, quae amorem Dei super omnia includit fieri non potest. Si igitur tunc omittas hanc media assumere, & sacramenta ministrare, non aduersus charitatem sed aduersus religionem peccabis, quia ex religione obligatio habendi dilectionem, casu quo sacramentum Penitentiae non recipiatur, ortum habeat. Sed de hac obligatione in praesenti non est sermo sed de illa, quae per se, & ex vi charitatis oritur. Hac ergo obligatione existimo quemlibet adunum teneri, non singulis annis, ut placuit Petro de Ledema 2.ona summ. tractat. 6. cap. 5. post. 6. conclus. quia hoc est nimis durum, & nullo firmo fundamento nititur, sed aliquoties in vita, ita ut non multo tempore hoc exercitium differatur, signate autem hoc tempus, fieri non potest, sed prudentis arbitrio mensurandum est & reputatum autem dilationem trium annorum esse grauem. Nam qui tanto tempore diuinam bonitatem non reclamationem, eam uideat contemnere, & in periculo eam offendendi, & humanis rebus proponendi constitui. sic Coniunctio disp. 24. dub. 3. num. 57. Suarez de charitate, disp. 5. sect. 3. num. 4.

12. Aduersus tamen raro quemlibet fidelem, nisi moribus deprauatus sit, huius peccati reum existere, quia saepe conatur contritione se ad absolutionem disponere, & praecipue beneficia diuina, & summam bonitatem considerat, quibus ad effectum debitum amicitiae excitatur.

PUNCTUM V.

Utrum teneamur ex charitate proximum diligere.

1. Quid sit proximus.
2. De fide est te esse obligatum proximum diligere.
3. Proponitur ratio dubitandi, an obligeris ad aliquem internum amorem.
4. Amore Dei potest amor proximi satisfieri.
5. Satisfit ratio dubitandi n. 3. adducta.

1. Permittendum est, qui nomine proximi intelligantur? Hi sunt qui supernaturalis beatitudinis sunt capaces. sic Doctores cum August. lib. 1. de doctrin. Christi. cap. 23. 26. & 30. Quapropter fidelis, & infidelis, peccator, & inimicus praedestinatus & reprobus nomine proximi ueniunt intelligendi, quia omnes hi, dum in hac uita degunt, capaces sunt beatitudinis, illisque beatitudinem uelle potes, quod si tibi reuelatum esset aliquem esse reprobum, & condemnandum, adhuc circa illum charitatem exercere potes, quia & uelle potes absolute, ne plura peccata committat, & simplici affectu ut beatus finem assequatur, absolute tamen ex suppositione, quod reprobus sit, uelle non poteris illi beatitudinem, quia uelles impossibile, scilicet reuelationem non esse veram. Pari ratione de damnatis (qui etiam suo modo proximi nobis sunt) uelle potes, ne tot peccata committant, & simplici affectu desiderare illius beatitudinem, non tamen absolute, quia absolute est impossibile. sic Suarez disp. 1. de charitate, sect. 1. & 2. Hoc postea.

2. Dicendum est te obligatum esse ex charitate proximum, sicut te ipsum diligere, habetur Matth. 22. Diliges proximum tuum, sicut te ipsum, ubi particula sicut, non qualitatem, sed similitudinem denotat, quod & sequens est in scriptura, iuxta illud Ioan.

13. & 15. Hic est praeceptum meum ut diligatis inuicem, sicut dilexisti uos; & illud Matth. 5. Estote perfecti, sicut & Pater uester caelestis perfectus est & tradit pluribus exortans Athanas. serm. 4. contra Ariannum, circa medium. Diuus Thomas 2.2. quaestione 44. art. 7.

3. Difficultas est, an ad aliquem amorem internum procedentem ex charitate obligeris? Et ratio dubitandi est, quia eodem modo de praecepto dilectionis proximi locutus est Christus, iuxta illud Matth. 22. ac de praecepto dilectionis Dei, cum enim dixisset, Dilige Dominum Deum tuum, &c. hoc est maximum, & primum mandatum. statim subiungit, Secundum autem simile est huic. Dilige proximum tuum, sicut te ipsum. sed praeceptum dilectionis Dei obligat ad actum internum. Ergo & praeceptum dilectionis proximi ad actum internum obligabit. Item filius patrem, uxor maritum, beneficiarius benefactorem, & similes tenentur interno affectu prosequi, quia beneficia accepta, & obligationes impositae non solum ad exteriorem gratitudinem, sed etiam ad interiorem mouent, incitant, ac deuincunt. Ergo iam charitas obligare potest ad actum internum, quod si in aliquibus proximis hoc uerum habet, in omnibus habere debet, cum praeceptum charitatis omnibus generale sit, & solum respicit proximum, quatenus ad imaginem, & similitudinem Dei factus est.

4. Haec ratio omnino conuincit te obligatum esse amare proximum, illi utique bonum desiderare. Sed huic obligationi credo fieri satis amore ipsius Dei, qui saltem virtualiter est amor proximi, iuxta illud Ioannis 4. Hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligit & fratrem suum. Qui enim Deo placere in omnibus intendit, eiusque uoluntatem exequi, necessitudo salutem proximorum uelle debet, illamque procurare, prout cognouerit Deo placere. Amare autem proximum amore interno distincto ab amore ipsius Dei, credo te non obligari, nisi forte fuerit aliquando necessarius ad aliqua opera debita exhibenda. sic docent Scotus in 3. distinct. 30. §. quantum ad hoc, circa medium. D. Thomas 2.2. quaest. 25. art. 8. in corp. Loeza 2.2. sect. 3. disp. 58. num. 10. Suarez de charitate disp. 5. sect. 4. num. 4. Coniunctio disp. 24. dub. 4. concl. 1. & 2. num. 66. & 67. Ratio est, quia ex charitate solum tenetis diligere Deum, uel proximum, quatenus talis dilectio in illorum bonum cedit: ac actus internus, praecise in bonum proximi non cedit cum illi incognitus sit; cedit tamen in honorem Dei, cui omnia patent. Ergo respectu Dei tenetis amorem internum habere, & respectu proximi solum quatenus est necessarius, ad uitandum odium, uel opera misericordiae, & signa beneuolentiae illi debita exhibenda: fauentque huic sententiae omnia, quae de dilectione proximi tradit Ioan. 1. epist. c. 4. & Paulus ad Roman. 13. & alibi. Nam si bene expendantur, totum praeceptum dilectionis proximi in operibus misericordiae constituitur.

5. Ad rationem dubitandi respondeo, praeceptum dilectionis proximi esse simile praecepto dilectionis Dei, & esse idem cum illo, quoad actum internum, quia eodem actu, quo diligis Deum diligimus & proximum, quod respiciens Ioan. 1. epist. c. 4. non dixit, haec mandata habemus a Deo, qui diligit Deum, diligit & fratrem suum; sed dixit, hoc mandatum habemus a Deo, quod si unum, & non duplex sit mandatum. Est autem mandatum proximi simile mandato Dei, & ab illo distinctum secundum opera externa. Alia enim sunt, quae hominibus exhiberi debent, alia quae Deo. Sed quia horum operum exhibitio a iure naturae, & diuino procedit, ex eodem respectu, scilicet Dei super omnia dilecti, ideo unum praeceptum alteri dicitur esse simile.

PUNCTUM VI.

Qua ratione cum inimicis, & peccatoribus procedere debeas, ne charitatis praeceptum offendas.

1. Obligatio est diligendi peccatores, & inimicos.
2. Non potes peccatori, uel inimico uelle malum, quia malum illius est.
3. Neque potes uelle uindictam, sed tenetis ex corde remittere offensam, imò neque praeberis alii fundamentum suspicandi te non remittere.
4. Quid debeas facere, ne hoc fundamentum praebeas.
5. Per se non tenetis inimicum occurrentem salutare; at aliquando tenetis.
6. Si ipse te prius salutauit regulariter tenetis.
7. Si inimicus uentiam postulet, tenetis signa exhibere amicitiae.
8. Non tenetis satisfactionem debitam pro iniuria remittere.
9. Si offensor satisfactionem exhibeat, uel iniuria satisfieri non possit, adhuc potes accusationem instituire, & satisfactionem a iudice exposulare.
10. Cum duo se offendunt, quis teneatur prius ueniam petere.
11. Quando offendens proximum obligatus sit ueniam petere.
12. Aliquando tenetis alloqui inimicum, si inde sicut ab odio fore, ut desistat.

Certum